vero dicitur qui bene iudicat esse
viciosum illud quod facit: tamen
propter passionem abducitur a
iudicio et operatur secundum passionē
et ideo passione cessante penitet de
facto: sed intemperatus iudicat
illud quod est viciosum esse faci-
endum et ideo post factum non pe-
nitet propter habitum erroneum
quem sibi acquisiuit ex peccando
frequentē. Et hec est certas me-
talis et ignorācia habitualis quaz
peccatores acquirunt sibi per con-
suetudinē peccandi ita quod ignorat

quid sit bonum in genere morum et
quid sit malum. Unde consuetudo
vicij est ut ab illo defacili non con-
siderat qui eo premit. Peccator e-
nim cum in profundū malorū venē-
rit: contempnit. Et isto modo fuit
de sodomitis qui in illud viciū nō
inciderunt ex passione: sed de dux-
erunt illud viciū in consuetudi-
nē publicā et in vulgarem licē-
tiam: ita quod apud eos licite fiebat
et impune. Vnde ita ignorātes facti
sunt ex consuetudine malicie: quod vi-
ciosus iudicauerunt bonum. Unde
quod ad hoc dicit de eis sic. **Sapiaz**
enim id est timorem et cultum dei
pretereuntes in ocio et gula et luru-
ria quia ista tria dominabant in
eis. **Lapsi** sunt a iudicio recte rati-
onis quia homo naturaliter scit dif-
ferentiam illud quod est contra na-
turā ab illo quod est secundum naturā
in tantā ignorāciam ut nescirent
bona et quae sunt bona et emendabilia in ge-
nere morum. Et sic fuit pena eorum pri-
mo inetalis et inior sibiipsis nocua
et dampnosa: sed nō tamen hec: imo fu-
it eis inflicta pena corporal exterior
publica et famosa. Et ideo subdit. **Nō**
tamen in hoc lapsi sunt ut ignorarent
sed et pro etiā eliquit hominibus memo-
riā insipientie sue impetuum et nul-
lo modo laterent in illis vilitatibus quae
fecerunt sed homines pro semper
exemplo eorum perterriti a consi-
milibus cauerent sibi. Et sic sapi-
entia iuste et rigide dampnat ma-
los: sed non solum hoc immo per
oppositū misericorditer saluat bonos.
Et ideo subdit. **Sapientia** autē et debitus cul-
tus dei liberabit a dolo istos quos se-
ipsum cultum obfuata sed illi viuunt et
f. 7.

hos qui seipfos obseruauit ab oc-
 cationibus a causis peccandi sicut
 liberauit loth a subuisione sodomio-
 rum. De hac historia legitur Petri
 2. Ciuitates iquit sodomorum a go-
 mororum in cinerem redigens euerfi-
 de damnauit. Et exo 8. 26. Memē-
 to quod fecerit sodomie a Gomorre quod
 in tra iac; in piscis glebo re Exephū
 eorum quod ipse aduū sūc ponēs. Et instū
 loth oppressum a nephandorum im-
 pudica ac luxuriosa conuersatiōe
 eripuit. Quis impuritatē flagitiō-
 sam libidinem publicam est a ne-
 ronem omisit. Sicut scribit de eo
 Boecius li. de uita. 2. cesarum. Vn-
 a quendam puerum sponum nomi-
 ne castrauit a in habitu femineo
 terit a solemmissimo nupciarum
 officio in uxorem duxit. De quo quod
 dem ludendo optime dicit propter
 quod hanc uilitatem hęc scripsi.
 Quod bene inquit aduū fuisse euz
 rebus humanis si pater tuus do-
 micianus talem habuisset uxorem.
 Contra istud flagitiōsum a nephā-
 distimum uicium: fecit librum de
 planctu nature Alanus magnus
 de insula doctor sacre theologie fa-
 mosus metrorum prosa compositum
 scientifice multum a curiose. Ha-
 buerunt enim isti sodomite unde-
 cim incentiua libidis que opurat
 Delinādus in duodecim uersibus
 ita dicens. Ocia: segnicies: somn⁹
caro: femina: uinum. Prosperitas
 ludus carmina forma puer. Ocium
est primum: quia iuxta Ouidium
de remedio amoris uersus. Ocia si
tollas perire cupidinis artes Seg-
nicies a desidia a pigricia. Iuxta
illud remedium uersus. Quercitur e-

gistus qualiter sit factus adulter.
 In promptu causa est: desidiosus
 erat. Somnus excessiuus nutrit car-
 nalia uicia. Vn Catto uersus Pl⁹
uigila semper ne somno deditus
esto. Nam diuturna quies uicij a
limeta ministrat. Caro. Eius carni-
um: carnem facit petulantem. Fe-
na id est consortium feminarum. Ru-
meri. 13. Cur feminas reserasti: no-
ne iste sunt que deceperunt filios is-
rahel. Vinumque luxuriosa res est
Vinum a tumultuosa ebrietas p-
ubio 2. Prosperitas Exemptum
de Dauid qui quando fuit in bellis
fatigatus castus erat. Quando ve-
ro in pace a prosperitate: incidit in
adulterium. 2. 11. Luxuriant ai-
rebus plulumque leuandis. Nec fa-
cile est eis commoda mente sequi
Secundo de arte amandi. Lud⁹. Dis-
soluit enim ludus metis sollicitu-
dimem. Unde signanter Sara. Nu-
quod cum ludentibus miscui me. Tha-
B. tercio Carmina id est armonia
dissoluta a lasciuia. Contra que no-
ta Boecium in prologo super musi-
cam. Forma id est pulchritudo a
ideo fallax gratia a uana est pulch-
tudo. Proverbiorum tercio Puer.
Dicit enim Delinādus quod idem fa-
cit etas in puero quod sexus in mu-
liere. Dicitur hic quod sapientia a do-
ribus liberauit. Vbi sciendum quod
sapientia que est christ⁹ homines
liberauit tripliciter. Liberauit enim
sicut medicus. Liberauit egrotantes
a a morbis oppressos. Sicut liberauit
principes dimicantes a in castris
obessos. Sicut liberauit iudex allegā-
tes se iuxta pressos. Pr^o quod liberauit
nos sicut medicus liberauit egrotantes a

morbis oppressos. Bonus medicus
 non statim curat homines; in casu
 ubi materia infirmitatis est mag-
 na: sed paulatim iuuat naturam per
 medicinam ut infirmitas sic adiuta
 purget seipsam a fortiori a puriore
 finaliter conualescat. Et licet infir-
 mus ingemiscat a ploret ut cito
 liberetur: medicus tamen prudens
 expectat a patienter operatur a me-
 lius pro infirmo quam ipsemet intelli-
 gat. **Moraliter.** infirmitas a qua
 christus venit nos sanare: est peccatum.
Iuxta petitionem patris. Ego dixi domi-
 ne miserere mei secundum scientiam misericordiam meam quia pecca-
 uisti tibi. **Istam infirmitatem contra-**
himus a natura propter fontem a
concupiscenciam originalem qui in
corpore nostro manet. semper indi-
nans ad peccatum qui languor natu-
re vocatur ab Augustino. qui in hac
 vita minui potest: sed extinguere non
 potest. Unde medicus noluit nos
 curare subito: sed per moram tem-
 poris. Et ideo reliquit nobis electu-
 ariam. unctiones a cibaria collatiua
 sanitatis id est sacramenta eccle-
 sie baptismum. eucharistiam. penite-
 tiam etc. **Sed perfecte curabimur in**
resurrectione corporum generaliter cessante
omni infirmitate a ad peccandum
promittente. Et ideo in presenti conti-
nue infirmi sumus. Dicit patris. Misere-
 re mei deus quoniam infirmus sum
 sana me domine quoniam contur-
 bata sunt omnia ossa mea. Dilati-
 ones vero alius sanitatis moleste
 quodammodo ferunt sanandi a elati quia
 est contra affectionem commodi.
Unde dicit apostolus Romanorum. A-
Infelix ego homo: quoniam me liberabit
de corpore mortis huius. Sed conse-

lando seipsum. **Rndit Romanorum.** s. dicitur
 quod in breui desinet sanitatem perfectam. **Licet**
 nunc ingemiscat expectans. **Ipsa in-**
 quit creatura liberabit a seruitute
 corruptionis in libertatem glorie filiorum dei.
Quid erit quando natura humana p-
fecte glorificabitur: a omnino erit sa-
nata ab omni infirmitate peccati. Job
4. In sex tribulationibus liberabit
 te a in septima non tanget te malum.
Secundo liberat christus sicut princeps:
 milites suos in castris obsessos. **Nar-**
 rat. 6. **Iulii li. 7. c. 6.** de quadam principe
 nomine Cleonimo cuius populus in quadam
 ciuitate claudebat obsessus. **Volens**
ergo populo suo consulere quid eis uti-
lius expediret cum eis aliter litte-
ras non posset transmittere. ordina-
uit quod vnus de militibus suis de quo
satis confidebat: obsidionem acce-
deret a cum aduersariis obsidionem
facientibus fortiter quasi eos adiu-
uans insulcum preteret. Ordina-
uit tamen quod nulla tela mitteret nisi
illa que sibi traderet. Tradidit er-
go sibi tela. lanceas a sagittas in
quibus artificia aliter erat scriptum.
Confortamini a estote fideles. Ego
Cleonimus obsidionem istam vo-
bis venio celeriter remouere. Iste
ergo miles quasi hostis a inimicus
ciuitatis obsidionem accessit: cum
ciuitatem obsidentibus et expug-
nantibus se immisauit a tela sua in
predicto modo inscripta ultra mu-
ros eiecit quibus inspectis a lectis
Illi qui ciuitatem defendebant plu-
rimum confortati hostibus estite-
dunt a ciuitatem domino suo serua-
uerunt. Moraliter. Princeps iste
 christus est. ciuitas: ecclesia mili-
 tans in qua sumus. **Hec ciuitas e-**
 f. x.

obsessa per circuitum a demonibus
 a malis hominibus quia aduersa-
 rius noster dyabolus tamquam leo ru-
 giens circuit: querens quem deuo-
 ret. prima **Petri. 1.** Et in **Psalmo.**
In circuitu impij ambulat. Prin-
 ceptus vero noster volens nos libera-
 re a confortare mittit nobis militem
 cum lanceis sagittis a telis hoc est
 prelatum vel predicatorem verbi
 dei huiusmodi sunt sagitte poten-
 tis acute. **Iste** accedens videtur au-
 dientibus specietenus non est ad-
 iutor sed aduersarius **Capitulat**
oburgat a reprehendit: ac incre-
 pat ecclesiam militantem a eius mul-
 tiplices defectus demonstrat. **Un-**
de iste est realiter amicus sed appare-
 ter aduersarius. **De quo Math. 4.**
Esto consentiens cito aduersario
 tuo dum es in via cum eo. **Videas**
 ergo diligenter quid in telis suis
 increpationum sic scriptum a inue-
 nies quod missus est a principe tuo
 non ad te finaliter expugnandum
 sed ad te de obsidione prudenter li-
 berandum. **Ecclesiastici. 9.** **Ciuitas**
 parua a pauci in ea viri **Venitque**
 contra eam rex magnus a vallauit
 eam: extruxitque munitiones per gi-
 rum a perfecta est obsidio. **Inuentus**
 est vir pauper a sapiens libera-
 uit urbem per sapientiam suam.
 Tercio liberat christus sicut iudex
 allegans se iniusta perpeffos. **Dia-**
bolus enim seduxerat a indurebat
 ad peccandum. **Et** ideo sub seruitu-
 te dyaboli homo erat detentus ius-
 te quidem a parte hominis **Sed** ini-
 iuste a parte dyaboli. sicut declarat
Anselmus libro primo **Cur** deus
 homo. capitulo septimo. **Homo** i-

quid meruerat ut puniret: nec ab
 villo ouementius quam ab illo cui con-
 senserat ut peccaret. **Dyaboli** vero
 nullum erat meritum ut puniret:
 imo hoc tanto dyabolus faciebat
 iniusti quod non ad hoc amore ius-
 ticie traheretur: sed instinctu mali-
 cie impelleretur. **Et** ideo secundum eum
 iustus fuit ex parte hominis quod ip-
 se a dyabolo puniretur: sed non fu-
 it iustum a parte dyaboli ut ipse ho-
 minem puniret. **Ab** ista namque
 iniusta seruitute liberauit nos christus
 morte sua: quia ipse solus hoc
 facere potuit **Jacobi** quarto. **Un-**
de est legislator a iudex qui potest pe-
 dere a liberare. **Rui** iudicando pro equi-
 tate rei personam non respicit: nec ad-
 muneam pro iusticie rigiditate cuius-
 que placat. **Liberauit** autem eo
 modo quo narrat **Augustinus** deci-
 mo octauo de ciuitate dei capitulo
 decimonono a **Valerius** libro quin-
 to. capitulo quarto de **Codro** rege
Atheniensium quod cum regio sua a ci-
 uitas ingenti hostium bello detella-
 ta esset humani auxilij diffidentia
 ad oraculum **Apollinis** confugeret:
 ac per legatos sciscitaret est quomo-
 do tam graue bellum discurrerit.
Respondit **Apollo** Ita finem ei fore
 si ipse hostium manu occidisset a
 occubisset. qui cum ad hostium cas-
 tra peruenisset: ordinauerunt quod nul-
 lo modo regem Atheniensium occi-
 derent. **Videns** ergo **Codrus** quod ci-
 uitas sua nullo modo pacem habere
 posset nisi ipse manu hostium oc-
 cumberet. **Deposuit** regis insignia
 a habitum pauperis induit a cas-
 tra hostium ingressus est: ubi quon-
 dam ad pugnam puocans iussit

occubuit. Sicq; patriam liberavit
 ppe quod apud suos inter deos depu-
 tatus est. Adaptatio plane patet
 q; xpistus rex est ecclesie militan-
 tis. Aduersarij sunt dyaboli ex de-
 monibus a malis hominibus con-
 gregati. Prophetatum enim fuit a
 a deo preordinatum q; ecclesia id
 est electi de genere humano aliter
 non possent pacem habere nisi rex
 eorum interficeretur. Xpistus er-
 go dei filius hoc vidēs qui cum in
 forma dei esset exinaniuit semetip-
 sum formā serui accipiens in simi-
 licubine hominum factus a habi-
 tu inuētus vt homo. Humiliauit
 se factus obediens vsq; ad mortē
 mortem autem crucis. Et sic nos a
 seruitute dyaboli restituit liberatos
 Gal. 3. Itaq; non sumus ancille fi-
 lii sed libere qua libertate xpist⁹
 nos liberauit. **Lectio centesi-
 matricesima. ::::**

Hec autem profugū ire fra-
 tris Iustij duxit per vi-
 as rectas a ostēdit illi reg-
 num dei a dedit illi scienciam sanc-
 torū a honestauit illū in laborib⁹
 a in fraude circumuentium illi
 affuit a honestum fecit illum. **V**
**Declarata vtili a nobili guberna-
 tione sapientie circa quatuor per-
 sōas spectabiles videlicet Adā. No-
 e. Abraham a loth. In hac parte
 de persona quinta introduci tur vi-
 delicet de Jacob quē deus mirabili-
 ter in multis protegit a dicit. **V**
 bi notandū q; sicut narrat histo-
 ria Ge. 28. a. 29 ysaac priācha du-
 os filios hūit Esau a Jacob gētellos
 Qui cum adoleuissent Esau iudic-
 iacob a minas mortis ei intemp-**

tauit. Jacob ergo consilio matris
 sue Rebece fugit de Bersabee per
 chanaan i mesopotamiam ad la-
 ban auūculū suū fratrem ma-
 tris sue in hoc itinere dormiens su-
 per lapidem vidit schalam erectā
 ad celū a angelos ascendentes a
 descendentes per eam a dominum
 inmixtum schalea dicentē sibi. **Ter-
 rā hanc tibi dabo a semini tuo. Ve-
 niens ergo ad laban gētanē recep-
 tus cōuenit cū eo q; pascēt gregē
 suarū ouium a captarū per .14.
 ānos tli pacto q; sibi daret rachel
 filiam suā in vxorem septennio
 completo: dedit sibi laban de noc-
 te. liam filiam suā seniozem in vxo-
 rē a se in crastino excusauit q; nō
 erat consuetudo illius patrie: priō
 dare ad nuptias iuniozem. **Trans-
 actis ergo septem diebus recepit
 Rachel a seruiuit ei scdm Iheron-
 septem alijs annis: ita q; quatuor-
 decim annis seruiuit laban pro fi-
 liab⁹ suis. Quib⁹ trasactis accepit
 licenciam suā: voluitq; ad patri-
 am suā reuertisse. Rogauit ergo
 eum labā q; adhuc septem ānis
 sibi seruiret. Respondit Jacob q; li-
 bēter faceret tali pacto. **Sepera in-
 quit vniuersos greges tuos in du-
 as partes: pon a s q; omnes vnius
 coloris in vna parte tam in ouib⁹
 q; in capris a tradas aliam partē
 michi ad custodiā. **Vniuersa vō
 pecora spar si velleris et maculo-
 si coloris tradas filijs tuis et pone
 inter nos distanciam trium diez
 itineris. Quo facto peto pro merce-
 de quicquid natū fuerit varij co-
 loris: quicquid autem vnius colo-
 ris tuum erit. **Istud pactum labā**
 f. g.********

vehementer approbatuit cogitans
 q̄ nulle vel pauce haberent vellera
 varia cū tot⁹ grex esset vni⁹ coloris.
Isto pacto firmato Jacob vsus ē
 ista subtilitate. Solebant enim o-
 ues ad aquare in canalibus. **A**ccē-
 pit ergo Jacob virgas amigda-
 linas & plātinās & ex parte decō-
 ticauit & ex pte virides dimisit &
 posuit in canalibus vt oues quan-
 do ad aquabant viderent vmbra-
 istarum virgarum in aqua & ex p-
 imaginacōne istarum varietatum
 colorum conciperent fetus varios
 & maculosos in vellerebus. **H**abet
 enim vis imaginatiua magnum
 effectum circa proles condicōnem.
Vnde cum quedā matrona pepe-
 risset ethiopem accusatur de adul-
 terio & iudicata fuisset pro rea nisi
Quintilianus eam defendisset. **O**-
 stendens ethiopem in cameā depic-
 tum: in qua matrona concepserat. si-
 cut narrat **H**ieronimus. **E**t cōsimi-
 lis casus de **I**postrate narratur. **A**c-
 cidit enim quādam matronam
 pulcherrimum peperisse puerum
 vtriq; parenti dissimilem & toti ge-
 neri eorumdem & punita fuisset si
Ipostram causam non reddidisset.
Picturam quādam in cubiculo
 in q̄ conceperat extitisse filio simile.
Con simile narrat **A**ugustinus se-
 cundo retractationū capitulo sexa-
 gesimo secundo & contra **J**ulianū
 libro secundo de quodā rege **C**ipro
 multum deformi qui pulchras ima-
 gines in cubiculo suo fecit depingi
 vt sibi per modū illū pulchri filij
 nascerentur. **H**ac ergo cautela vs⁹
Jacob fecit meliores fet⁹ maculo-
 si vellere & peiores & pauciores fe-

cit vni⁹ coloris. **Q**uo viso **L**abā
 mutauit mercedē & voluit q̄ sui es-
 sent fetus vari⁹ coloris. **J**acob fe-
 tus vni⁹ coloris. **J**acob ergo am-
 mouit virgas quando ascende bāt
 meliores oues: & posuit eas in ad-
 missura tardiori que peior eāt. **S**ic
Laban frequē mutauit pactū
 & semper habuit peiorem partem.
Hoc oportuit dici ad intellectum
 huius littere. **Q**uibus visis scien-
 dum q̄ **J**acob in eundo ad **l**aban
 in morando cum eo & tandem rede-
 undo ab eo semper gratiose direc-
 tus fuit sapientia gubernante. **E**t
 scdm ista tria littera diuiditur in
 tres partes. **N**am primo narratur
 quomodo sapientia direxit **i**acob
 de pata fugientem. **S**ecundo quo-
 modo eū instruxit famulum & ser-
 uientem. **T**ercio quomodo eum ē-
 duxit versus suam patriam venien-
 tem. **S**ecunda pars ibi. **D**onestā
 uit illum in laboribus & in fraude
 circumuentum illi. **T**ercia
 ibi **C**ustodiuit illum ab inimicis.
Quāntum ad primū dicit sic. **H**ec
 autem id est sapientia. **D**eduxit ius-
 tum id est **J**acob. **P**ro fugū ire fra-
 tris id est profugum & fugientem
 ab iā fratris id ē ab **E**lau fratre su-
 o irato. **D**eduxit inq; p vias rectas
 id est de **B**ersabee in **C**hanaam: &
 inde in **M**esopotamiam siue ad **L**a-
 ban auunculum suum. **E**t in isto iti-
 nere ostendit illi regnum dei in vi-
 sione angelorum ascendentium &
 descendentium per **S**chalam erectā
 in terra ad celū. **V**n̄ **G**enesis vicesi-
 mo octauo. **E**t dedit illi scientiam
 sanctorum: que scientia sancto-
 rum. **S**cire enim est conuersari in

medio nationis peruerse tene a v
 tuo se. **Vel** dedit illi prophetiam que
 est sciencia sanctorum **Sapientie**. **A**
Per nationes in animas sanctas se
 transfert amicos dei et prophetas con
 stituit. **Euigilans** enim de sompno
 suo prophetavit de lege. de templo. de
 passione que in terra illa futura e
 rant dicens. **Terribilis** est locus
 iste: vere domus est in loco isto
 et ego nesciebam. **Non** est hic ali
 ud nisi domus dei et porta celi **Gen**
28. **Terribilis** enim fuit lex domi
 dei. templum passio christi. apertio
 porte celi. **Sic** ergo direxit eum in
 itinere fugientem. **Sed** ulterius cum
 venisset ad laban cui viginti annis
 seruit: instruxit eum sapientia du
 pliciter. **Primo** quod lucraretur si
 bi diuitias. **Secundo** quod ipse la
 ban et filiorum suorum vitaret fraudu
 lencias. **Quantum** ad primum dicit
 quod honestavit illum in laboribus
 suis id est ditavit illum per labores
 fideles quos sustinuit seruido la
 ban viginti annis **Gen**. 31. **Die** noc
 teque vixit at estu et gelu fugiebat
 quod sompnus ab oculis meis. **Itu**
 modum loquendi habet sacra scrip
 tura **Ecc**. 11. **Facile** est in oculis do
 mi subito honestare pauperem. **Et**
 complevit labores illius dando sibi
 perseverantiam. patientiam et me
 ritum condignam **Gen**. 30. **Ditatus**
 est homo ultra modum. **In** fraude
 circumventum illi affuit et honestum
 fecit illi id est docuit illum obviare
 fraudulencis et silitatibus ipsius laban
 qui nitentur diminueri mercedem suam per
 mutacionem pacti modo sibi tribuen
 do fetus ymuis coloris: modo diuersi
 coloris ut supra dictum est **Gen**.

31: **Dixit** Jacob uxoris suis laban
 pater vester circumvenit me et muta
 vit mercedem meam decem vicibus
 id est multociens et tamen deus non
 permisit ut noceret mihi. **Et** honestum
 fecit illi id est divitem sicut
 prius expositum est: vel iustum vel
 inorigatum ad alios quibus malos
Thessal. 2. **Honeste** abuletis ad
 eos qui foris sunt. **Est** autem circa
 historiam notandum **Moraliter** quod
 isti duo gemelli **Esau** et **Jacob** desig
 nant carnem et spiritum. **Esau** pilo
 sus significat carnem que plena est
 superfluis desideriis. **Pili** enim desi
 deria terrena designant: in cuius fig
 num derici habent pilos rasos in
 summitate capitis et attonfos in
 cunctis: ad designandum quod nullum
 terrenum desiderium debet media
 re inter mentem eorum et deum: nec
 etiam debent habere nimias affec
 tiones ad corpus suum. **Vnde** in
 signum huius versus inferius ad
 corpus pilis abscinduntur. **Esau** ergo
 pilosus est caro. **Jacob** levis spiri
 tum signat **Gal**. 4. **Vos** qui spiri
 tales estis instruite huiusmodi in
 spiritu lenitatis **Isti** duo germani
 inceperunt pugne in utero matris. **Et**
 propterea **Esau** cum frater esset adolescens pro
 secutus est fratrem suum et intendit sibi mor
 tem. **Et** ante ad matrem in utero matris caro
 ificat spiritum per peccatum originale **In** pro
 pheta **Ecc**. 11. **Facile** est in oculis do
 mi subito honestare pauperem. **Et**
 complevit labores illius dando sibi
 perseverantiam. patientiam et me
 ritum condignam **Gen**. 30. **Ditatus**
 est homo ultra modum. **In** fraude
 circumventum illi affuit et honestum
 fecit illi id est docuit illum obviare
 fraudulencis et silitatibus ipsius laban
 qui nitentur diminueri mercedem suam per
 mutacionem pacti modo sibi tribuen
 do fetus ymuis coloris: modo diuersi
 coloris ut supra dictum est **Gen**.

fimo

263

quod animalis: deinde quod spiritalis. **Et sapientie.** In ventre matris mee figuratus sum caro. Iste tamen senior debuit seruire iuniori id est caro spiritui ut in actibus hominum non caro: sed spiritus dominetur. **Gal. 4.** Spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis. Similiter etiam Esau seruiuit iacob in hoc quod per sequebatur eum: quia sic fuit sibi occasio meriti et patientie et magis profectus. Et isto modo rebellio carnis est seruicium impensum spiritui quo spiritus perficitur et stimulat ad pugnam ut portet victoriam. Iacob ergo id est spiritus sub fratre suo persecutione afflictus fugere debet in mesopotamiam. Mesopotamia iter pretatur eleuacionem cuiusdam uocationis et significat celestem patriam ad quam eleuabimur et ad quam uocati sumus. Sed in ista fuga iacob positus in itinere dormit quia spiritus a strepitu mundi se subtrahit et in sanctis studiis et contemplacionibus conuiescit: capiti supponit petram quia fundamentum totius uite sue christum facit. **1. Cor. 10.** Petra autem erat christus. **Et. 1. Cor. 3.** Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est quod est ihesus christus dormiendo ergo in sancta contemplacione spiritus uidit scalam rectam ad celum. Ista scala est penitentia que stat in terra: quia in hac uita incipitur: sed attingit ad celum quia facit hominem in morte ad celum appropinquare. **Matth. quarto.** Penitentiam agite: appropinquabit ei regnum celorum. Ista scala habet sex gradus per quos as-

endere conuenit scilicet contricioem confessionem: orationem: ieiunium: uigilias et elemosinas: que sunt partes satisfactiois. Ista figurantur per sex gradus quibus ascendebatur ad solium Salomonis. **2. Paralip. 9.** Duo latera istius scale sunt timor et spes. Debet enim peccator timere non presumere. **Eccl. 7.** De peccatiu peccatorum noli esse sine metu. Debet etiam peccator sperare et non desperare: et sic inter spem et timorem quasi in medio duo latera penitentialis scale ascendere: quia sicut metrica dicitur Si timor est sine spe tunc desperatio ledit. **Et nisi spes timeat statim presumptio fiet.** Ergo timor sine spe: nec spes ualet absque timore. Angeli ascendentes et descendentes sunt cogitaciones nostre quibus interdum cogitamus gratia paradisi et tunc ascendunt. **Luca 30.** Cogitaciones ascendunt in corda uestra. Et aliquando miserias habet uite immo etiam penas inferni ad precauendum et tunc cogitaciones nostras descendunt. **In ps. Ascendunt usque ad celos et descendunt usque ad abyssos.** Hinc scala dominus est inuicem quod penitentes expectat et uocat dicens Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam uos. **Matth. 11.** Anima uero deuota que sic dormit cum iacob: audit dominum dicentem sibi. Terram in qua dormis dabo tibi et semini tuo et terram uiuentium que est pars in qua nunc dormis sicut peregrinus per contemplationem: dabo tibi postea ut requiescas in ea per sempiternam possessionem. **In ps. Credo uidere bona domini in terra uiuentium.** Sed notandum quod Laban cui iacob seruiuit duas filias habuit Liam

a Rachel. Lia lippis erat oculis Ras-
 tel decora et venusta aspectu. Servi-
 uit autem iacob pro Rachel septem
 annis et tamen postea necesse habu-
 it prius accipere. **L**yam antequam ha-
 beret Rachel eo quod non esset consuetu-
 dimis illa prius tradere iuni-
 ores ad nuptias. Sic moraliter est.
Pater noster cui servimus habet duas
 filias: duas vitas. **P**resentem et futu-
 ram. **P**resentis est Lia lippis oculis: nec
 munitur quia manet in hac lacrimarum
 valle plena miseris et afflictionibus.
Futura vero vita est quasi Rachel de-
 corata: amabilis, pulchra et plena de-
 licis. **T**ertio. **V**itis perfecta decoris
 gaudium uniuersae terre. **P**ro ista fi-
 lia oportet nos seruire. **A**nnis id est
 uniuersa potestate. **S**eptenarius e-
 nim est numerus uniuersitatis et
 tamen conuenit de bonis ac sanctis
 vitis frequenter quod seruiunt deo
 diu et vellent libenter habere istam
 Rachel. vitam eternam: quia sine
 maiori difficultate vellent ire ad ce-
 lum: si certe tunc datur eis. **L**ia quod
 deus sic ordinavit quod exponitur vi-
 te adiuue forte ista prelatore ubi
 opprimuntur afflictionibus pro sa-
 lute proximorum. **E**t si queratur a
 christo quare. **R**espondet. **Q**uia non
 est consuetudo celestis patrie iuni-
 orem illam. **R**achaelem et beatitudi-
 nem pulchram et decoram: dare autem la-
 borem presentis vite et ideo prius
 oportet accipere. **L**iam lippam ut
 postea habeat Rachel decoram. **S**ic
 et deus dat coronam pro cinere. **O**leum
 gaudium pro fletu. **P**allium laudis da-
 bit pro spiritu meroris. **I**saie. 6.
Lectio centesima. tricesima prima.

✽ ✽ ✽ ✽

Quod dicitur illi ab inimicis
 et a seductoribus tutant illi
 et certamen forte dedit illi ut
 viceret. **S**icut quoniam omnis potentior est sa-
 pia. **P**ro quod declaratum est quod sapi-
 entia que est verus dei cultus liberauit
 iacob in fugiendo fratris sui odium. **I**n
 conuictio duplex coniugium et exhibitio
 Laban laboriosum seruicium. que omnia
 fecit pariter versus Laban itinerando
 partim cum eo morando. **H**ic ostendit
 ostendit quomodo sapientia eundem iacob
 gubernauit ad partes suas repa-
 rando. **H**abuit enim iacob fratrem
 suum persecutorem. **A**uunculum su-
 um seductorem et angelum suum
 colluctatorem. **E**t ab istis tribus sa-
 pientia eum custodiuit sicut sibi ex-
 pediuit. **N**am germanum suum reco-
 filiauit. **A**uunculum suum ratione
 placauit et ab angelo benedictionem
 impetrauit. **S**ciendum est ergo quod
 iacob repatriando cum vxoribus
 liberis gregibus et armentis tres
 sustinuit difficultates. **P**rima fuit
 quod cum fugeret deam a Laban cum
 omnibus que adquisierat sub eius
 seruitio. **L**aban indignatus quod non
 accepta licentia et insalutato hospite
 recessisset cum gregibus et filiabus
 suis insecutus est eum cum mag-
 na comitum. sicut narratur. **G**ene-
 sis tricesimo primo. **E**t a septimo die
 eum attigit. **C**ui nocte precedenti
 dominus apparuit et dixit ei. **C**auere
 ne quidquam loquaris asperere contra
 iacob. **Q**ua increpatione correptus
 laban nichil nisi rationale
 iacob dixit. **E**t ibi finaliter pactus
 fecerunt et titulum lapidis erexit in sig-
 num quod neutrumquam in posterum con-
 uentum esse licet. **S**ecunda difficultas

202

quam habuit in repatriado de fra-
tre suo quem audiuit sibi velle oc-
currere cum quadrigentis viris et
contra hunc timore deus eum con-
fortauerat ante: ostendens ei mul-
titudinem angelorum **Gen. 32.** in lo-
co qui dicitur Manaym id est cas-
tra que locum sibi vocauit sic quod ibi
vidit angelos dei de quibus ait. Cas-
tra dei sunt hec. **¶** Tercia difficultas
quam sustinuit in repatriado
fuit in lucta angeli de qua **Gen. 32**
vbi dicitur quod vir luctabatur cum eo
vsque mane: sed finaliter vir ille sibi
benedixit et quod contra germanum preualeret
predixit. **L**iteratione ergo Jacob
per sapientiam describens dicit sic
Custodiuit illum ab inimicis vide-
licet a fratre eum persequente an-
tequam fugeret a patria sua et a laban
eum insequente cum redire vellet ad
patriam suam **Gen. 16.** Cum pla-
uerint dominus in hominis inimi-
cos eius conuertet ad pacem. Et a
seductoribus tutauit illum: hoc est
a fraudibus laban eum persequen-
te et filiorum suorum quando morabatur
in mesopotamia. Et certamen forte
dedit illi ut vinceret quando cum an-
gelo luctabatur et victoriam obtinu-
it: non per violentiam sed per deu-
otionem: angelo volente sibi dare sig-
num quia sicut luctabatur cum eo et
tamen habuit finaliter victoriam
ita sustineret aduersitatem a fratre
et tamen in fine victoriam haberet
et sic experimentaliter disceret et sci-
ret quoniam omnipotentior est sa-
pientia que attingit a fine vsque ad
finem fortiter et disponit omnia fu-
auiter **Sap. 8.** Custodiuit illum ab
inimicis. **¶** Notandum quod inter o-

A sermo

nia presentis vite necessaria maxi-
me foret vtile scire discernere inter
amicos et inimicos quia frequenter
amicos credimus illos qui sunt re-
aliter inimici et illos inimicos aliq-
uiens estimamus qui nobis reali-
ter sunt amici. **S**unt enim duo ge-
nera hominum qui apparent ami-
ci et sunt hostes et inimici. **E**t duo ge-
nera hominum videntur inimici et
sunt amici et ita quidam realiter: quod-
dam apparerent. **V**nde quadrupli-
ces habemus inimicos videlicet bla-
dos adulatores. falsos et filiatores.
detractentes et persecutores. corrip-
tentes et correctores. **P**rimi sunt ex-
aminandi per conscientiam. **S**ecun-
di sunt repudiandi per prudentiam
Tercii sunt tolerandi per patientiam
Quarti sunt acceptandi per beniuo-
lentiam. **P**rimi igitur inimici a qui-
bus nos custodire debemus sunt
blandi adulatores. **R**ui enim in
colloquio ita suaviter raderet et que-
tur tibi amputaret vel ideo genam
tuam tergeret et oculum erueret
talibus merito foret inimicus dicendum
sed adulator cuius lingua nouacula
acuta et dolosa: ideo tibi blandi-
tur ut te decipiat et oculum discre-
tionis tibi eruat **Eccles. 10.** In labiis suis
induleat inimicus et in corde suo
insidetur ut subuertat te in foue-
am. **I**n oculis tuis lacrimabitur in-
imicus: et si iuerit tempus non faciabitur
sanguine. **S**i iurerit tibi mala tunc
iuuenies eum illic prope: et quasi adiuuas
suffodiet plantas tuas. **D**e ista ma-
teria loquitur **S**ed epist. 80. fz quanta-
te maiore adulatio quam filius est amici
et non imitat tamen illam: si vicit et pene-
trat apertis ac percipiens auribus excipit

a in tanta precordia descendit eo ip-
 so gratiosa quo lebit. dicitur que ad-
 modum ista similitudine possim
 dinoscere. venit ad me pro amico
 inimicus blandus vicia sub virtuti
 nomine subripunt. temeritas sub
 titulo fortitudinis latet. Ignavia
 vocatur moderatio pro tanto timi-
 dus accipitur. In his dicit Sene.
 Magno periculo erramus: immo
 ficut deditur idem epistola. 44. No-
 sumus contenti modica laudatione
 immo si quis nos sanctissimos sapie-
 tissimos et modestissimos predicet to-
 tum nos acceptamus tamquam nobis
 debitum constet nobis quod illi so-
 lent mentari communiter qui nos
 laudant et tamen in laudibus nos-
 tris credimus eis et ideo nos non cor-
 rigimus. Ideo imitari non volumus
 quia nos optimos esse credimus. et
 ideo sententia platonis fuit: sicut di-
 citur libro de dictis philosophorum
 seu sapientum quod homines ex inimi-
 cis magis talibus quam ex amicis appa-
 rentibus proficiunt: quia dum in-
 mici eis errores eorum improperant
 corriguntur. Amici vero non mai-
 festant errores: sed tolerant et occul-
 tant. **Matthi septimo.** Inimici ho-
 minis domestici eius. Et ysaie ter-
 cio. Popule meus qui teatum te
 dicunt: ipsi te decipiunt et vias
 gressuum tuorum dissipant. Isti igitur
 examinandi sunt per conscien-
 tiam. Consideremus defectus nos-
 tros de quibus conscius nobis su-
 mus et tunc non decipiemur. et hoc
 est quod docet nos Sene in episto-
 la ultima allegata inducens exem-
 plum de Alexandro magno qui in
 obsidione cuiusdam urbis dum e-

atque muros: sagitta percussus cum vul-
 nus vehementer doleret iayt. Pater
 inquit iurant me esse filium iouis
 Sed vulnus hoc hominem me esse
 clamat. Item nos faciamus dicit
 Sene dicamus Vos dicitis me pru-
 dentem esse: ego video quod multa in-
 utilia concupiscam. Nec hoc qui-
 dem intelligo quod animalibus facie-
 tas monstrat quis cibo: quis pota-
 omi debeat esse modus. De isto in-
 imico expo potest illud **Ecclesiasti-
 ci. 12.** Ne credas inimico tuo inete-
 rum. Nocivior enim omnium non
 est pestis quam familiaris inimicus. Rui-
 dum verbis bonis saltem apparen-
 tibus laudem exprimere nititur: in-
 tus sub complacentie typo viscus
 fraudis atque doloris seminat inter-
 ne. Secundo vero nostri inimici sunt
 falsi consiliatores qui nobis aliter
 suggerunt quam expediat animabus et
 hi maxime sunt periculosi in omni-
 tate quacumque. quia sicut in bonis
 consiliatoribus consistit maxime
 honor. salus et profectus reipubli-
 ce: ita in malis consiliatoribus max-
 ime consistit et subversio eiusdem.
 Dicit enim Tullius libro secundo de
 senectute quod consiliator est in repub-
 lica sicut gubernator in naui. In na-
 ui inquit alij sentinam exhauriunt
 Alij cordas trahunt. Alij maram
 scandunt. Ille vero qui tenet clauum
 est quietus: sedens in puppi et ml-
 ta maiora facit. et Avicenna dicit
 quod consiliarius est efficiens sic dicitur
 formam secundum quam alius habet
 operari et dirigere. Distinguit enim
 quadruplex efficiens Consiliarius
 Adiuuans. disponens et perficiens
 Debent igitur ipsi consiliiarii habere

2262

invita san ditate. in verbo veritate
 in zelo equitatem a in experimēto
 sagacitatem a tales in romana re-
 publica vocabantur senatores a se
 habent in comitatu sicut cor in cor-
 pore scdm **Plutarū**. Vnde **Romu-
 lus**: condita ciuitate quam ex nōi-
 ne suo **Roma** vocauit: centum ex
 senatoribus elegit quorum cōsili-
 o ōnia ageret. quos senatores ppē
 senectutem patres propter sollici-
 tudinem cure nominauit. **Horum**
 nomina ab initio vrbis cōdite au-
 reis litteris scribebantur propter
 quod patres conscripti ab omni-
 bus dicebantur. **Isti** eligebantur
 postq̄ emeriti in diuersis statib⁹
 a officijs exstitissent. tāto aptiores
 sapientie negocijs: q̄to in exerci-
 cijs corporis minus possunt. **Isto**
 eū apud grecos tantus honor fuit
 q̄ numq̄ duces producerent nec a
 liquod solemne facerēt sine istis
Sicut igitur isti senatores a consili-
 atores sūt reipublice vtilissimi: q̄n
 sunt boni a virtuosissimi sunt iudici
 principi a prelato perniciosissimi
 quando sunt mali: quādo videlicet
 habent zelum pro commodo suo
 priuato a personali a non pro bo-
 no communi. quando sunt corrup-
 ti cupiditate a receptione munerū
 quando sunt nimis perterriti: dissi-
 mulant dicere veritatem quando o-
 dio vel rancore regulantur vel inuē-
 dia ad alios tunc consulendo. prin-
 cipem destruunt quem regere a di-
 rigere deberent a fiunt non solum
 ei sed toti reipublice pessimi immi-
 ci quoz cuiuslibet dici potest illis q̄d
 dicit **Paul⁹** **Elime mago**. **Act. 13.**
O plene omni dolo a omni fallacia fi-

li dyaboli inimice oīs iusticie nōn
 desinis subūtere vias dñi rectas.
Talis consiliator fuit ille **Aman** q̄
 simplicitatez nob dissimū principis
Assueri fraudulētis cōsilijs circū-
 uēit a nobilis regis innocentiā ad
 nephariā crudelitātē iduxit. **West.**
13. **Hostis** noster a inimic⁹ pessim⁹
 iste est **Aman**. **Isti** igitur inimici
 sunt repudiādi per prudentiam si-
 cut idem fecit **Aman** q̄n inquam
 sententiam ad suggestiōem a cō-
 siliū eius datam de occidendo to-
 to genere iudeorum misericorditer
 ptractauit. **Tercij** inimici nostri
 sunt detrahentes a persecutores Et
 istos vulgariter vocamus hostes a
 inimicos qui personas a condicio-
 nes nostras ledunt a tamen ipsi
 frequenter nobis proficiūt. **Sicut**
 enim docet **Boe. g. d. cōsola. pro. 6**
Prudentia diuina exinde sepe p-
 ducit infigne miraculū q̄ malos
 mali bonos faciunt. **Nam** dum ma-
 li quidā considerant se iniqua que-
 dam a pessimis perpeti: noxiarum
 odio flagrātes ad virtutis fruges
 redeunt dum se eis dissimiles stu-
 dent esse quos oderāt. **Tales** sūt
 aduersus religiosos a sanctos vi-
 ros isti mundo dediti a dyabolo q̄
 facta a vitam sanctorum lamant.
 iudicant a deprauant. quorum in-
 famatio timenda nō est: quia est
 a turpibus orta **Sicut** enim dicit
Gregorius super **Ezechielem** **Per-**
uersorū derogatio vite nostre ap-
 probatio est. quia iam ostēditur
 iusticie aliq̄d nos habere si illis q̄
 deo nō placēt inapum⁹ displicere
Nō em̄ ē derogatio si cōmedatio lu-
 cis si eā odiūt a fugiūt respiciōes

Sancti viri sunt lux mundi p lucida: fama a sinceram conscientiaz
Thessalo. 2. Vos filij lucis estis a filij dicit. Peccatores autē sūt sicut vesperationes amantes semper opera tenebrarū. **Ierū** nō est derogatio: sed commendacō odoris vitis si cum serpentes fugiunt. **Boni** viri sunt bonus odor et pristi per bonā conuersationē suā. **Cor. 2.** Alijs quidem fumus odor mortis in morte. Alijs autem vite in vitā. **Peccatores** autē sūt serpentes pleni veneno peccati. **Tercio** non est derogatio sed commendatio coloris si ceteri illo mentiantur a iudicāt falsū. **Peccatores** ceci sūt **Sophonie** primo **Ambulant** vt ceci quia domino peccauerunt. **Et** sapientie secūdo **Excecauit** eos malicia eorum. **Vnde** a iudicia temeraria **De** factis sūt simpliciter contemnenda. **Vn** cui quidā iuuenis ociosus dicit de mos tenui philoplo. **Si** homines me obiderent sicut te: me ipsum perimere; **Et** respondit **Et** ego me perimerem: si me quemadmodum te amarent. **Quarto** non est derogatio: sed commendatio medici: si freneticus maledicat. **Serui** dei sūt medici aiarū. **Peccatores** autem sicut frenetici. **Si** igitur tales viros sanctos diffamant: oportet eorum blasphemias deridē. **Vnde** legitur de respasiano imperatore qd cum esset auarus a fener a quidam improperado sibi diceret **Vulpem** pelle; posse mutare non animum. **Respondit.** **Risus** huiusmodi detemus hominibus. nobis correctionem: pnam criminosis. **Quarta** inimia qd habem⁹ apparenter: sed tamen realiter sūt

amici: sūt corripientes a correctores qui nos de nostris excessibus a erroribus agunt: puniunt a emendant. **Veritas** enim est errantibus odiosa qd diu in erroribus perseverant. **Talis** fuit **Paulus** erga **Galathas** quibus dicit **Gal. 2.** **Ego** inimicus factus sum vobis: verū dicens vobis. **Isti** inimici sūt acceptandi ad tenuolentia; **Matth. 5.** Diligite inimicos vros a bene facite hjs qui vos oderūt hoc ē virtuosos mores vestros. **Lectio** centesima tricesima secūda

Nec venditum iustum non dereliquit: si a peccatoribus liberauit eum descenditq; cum illo in foueā a in vinculis nō deliquit eū donec afferret illi sceptrum regni a potentias aduersus illos qui se deprimebant a mendaces ostendit qui maculauerunt eum a dedit illi claritatem etiam
Postq̄ dedata est gubernatio sapientie circa quinque nobiles: videlicet **Adam** **Noe** **Abrahā** **Loth** a **Jacob**. **In** ista parte induatur exemplum septe persone spectabilis videlicet ipsius **Joseph** qui miro modo fuit exaltatus a humiliatus: tribulatus a glorificatus. **Et** circa hoc duo facit. **Nam** primo ostendit quomodo ipse **Joseph** fuit multipliciter tribulatus. **Secundo** quomodo per sapientiam extitit magnifice liberatus ibi. **Donec** afferret illi sceptrum regni a potentiam aduersus illos qui se deprimebant a mendaces ostendit qui a
Circa primum sciendū qd **Joseph** duas tribulationes sustinuit iungas de quibus hic breuiter facit

mentionem. Fuit enim a fratribus
 venditus et alienatus per facinoro-
 sam conspirationem; **Gen. 27.** Fuit se-
 cundo de libidinosa et de voluntate
 adulteri effectualiter denegata. de
 laetis. diffamatus et accusatus per
 maliciosam mulieris machinationem
Gen. 29. Casus prime iniurie fuit
 iste. Fratres sui decem inuiderunt si-
 bi et cum aliqui eum vellet occidisse
 deo nolente mutauerunt consilium
 et transeuntibus ismaelitis eum
 vendiderunt pro triginta argenteis
 de consilio iude qui fuit vnus de fra-
 tribus **Joseph.** Hoc facto miserunt
 tunicam **Joseph** intinctam sang-
 uine hedi: ad **Jacob** patrem eorum
 dicentes se in agro tunicam illam in-
 uenisse: qua visa pater coniecit fi-
 lium suum a fera aliqua deuoratum
 et irremediabiliter eum perierit. **Is-
 ti** mercatores duxerunt eum in egip-
 tum et vendiderunt **Phuthifar** eunu-
 cho principi milicie regis: nec est
 intelligendum quod iste fuit eunuchus
 id est castratus a iuuentute si-
 cut solent nobiles facere propter cus-
 todiam dominarum: quod constat is-
 tum habuisse filiam **Assenech** quam
 iste **Joseph** postea duxit in uxorem
 sed tradunt iudei quod iste **Phuthifar**
 videns **Joseph** elegantem puerum e-
 mit eum a mercatores ut eo abusus
 fuisset. Dominus autem ita irrigida
 uie eum quod impotens fuit coire et cus-
 todit **Joseph** ab eo intactum. **Un-
 de** propter hoc deinceps dicebatur
 eunuchus et tunc factus est pontifex
heliopoles et magis honorabilis
 quam fuerat ante principatum. **Iste**
 igitur **Phuthifar** videns **Joseph** in-
 geniosum in agendis et graciosum

constituit eum dispensatorem totius
 domus sue. **Uxor** vero **Phuthifa-
 ris** et domina **Joseph** infatuata de
 ipsius pulchritudine sollicitauit
Joseph de concubitu: qui se excusa-
 uit. **Tum** quia esset prodicio con-
 tra dominum suum **Tum** quod peccatum
 in deum suum. **Igitur** cum quadam
 die **Joseph** cameram domine intras-
 set ipsa apprehensa lasciuia pal-
 lii sui ait. Domini mecum: qui neque
 quam acquiescens operi nephalio: fu-
 git relicto pallio apud eam. **Hec**
 videns se contemptam: conquesta
 est viro suo. accusans **Joseph** de
 sollicitatione impudica et quod voluis-
 set eam violenter oppressisse: in cuius
 argumentum ostendit ei pal-
 lium derelictum. **Phuthifar** nimis
 credulus verbis uxoris misit eum in
 carcerem in quem pistora et pinena
 regis missi fuerant. **Dedit** et domini
Joseph tantam gratiam in conspec-
 tu domini carceris quod tam carcerem
 quam inclusos eius custodie mancipa-
 uit vel deputauit. **Eo** tempore isto
 eum duorum ipse exposuit somp-
 nia. **Pistore** et suspeso pincerna li-
 beraturus. **Recordatus** et diu postea
 interpretatoris sui **Joseph** cum rex
 per sompnum suum preuidisset
 septem sterilitatis annos. **Joseph**
 per meditationem pincerne deduc-
 tus de carcere: sompnum exposu-
 it sterilitatem futuram post septem
 annos steriles predixit et consilium
 regi dedit quod aliquem prudentem
 virum et industrium in regno constitueret
 qui blada per illos septem annos
 fertiles in horrea congregaret qui-
 bus terra sterilitatis tempore vic-
 taret. **Constitutus** est **Joseph** in illo

officio a maximus egypti factus est sub rege. A quo accepit anulum a torquem aureum circa collum eius a turu nobili utebatur. **Pro** cone damante ut omnes genufleterent coram eo. **Sic** igitur de vinculis a carcere ad regni regimen est translatus. **I**stam igitur mirabilem a multiplicem gubernacionem **J**oseph describens salomon dicit sic. **Hec** scilicet sapientia: vendituz iustum scilicet ioseph non dereliquit. **Sic** scribit **Boetius** exulas: qd mu se eum exulante non dereliquerunt: sed continue concomitate fune nec eas timor aliquis vahit impebit. libro primo metro. **1.** **V**as saltem nullus potuit pervincere timor. **P**enostum comites prosequerentur iter. **Sed** a peccatoribus scilicet fratribus suis quos accusauerat a pud preter: de crimine pessimo **Gen.** **37.** **L**ibe aut eum: descenditq cum illo in foueam id est in carcerem. **L** in foueam: in cisternam verem sine aqua in qua: proiecerunt eum fratres sui **Gen.** **37.** **E**t in vinculis non dereliquit eum. **P**s. **D**umiliauerunt in pedibus pedes eius. **E**t **Gen.** **37.** **P**incerna a pistoi missi sunt in carcerem vbi vindus erat **J**oseph donec afferret scriptum regni id est principatum super regnum egypti. **I**n ps. **C**onstitui eum dominum domus sue: a principem omnis possessionis sue a potentiam aduersus eos qui eum deprimebant videlicet fratres suos: ad quos hunc tantam potentiam qd eos vel in mortem vel in carcerem potuit damnae si voluisset. **E**t eos mendaces ostedit qui eum maculaerunt imponendo si-

bi crimen adulterij. **Q**uod fecit factu per honestam vitam: ostendens eos fuisse mentitos id est falsu dixisse a illam pessimam mulierem fuisse mentitam: vel forte non solum verbo: sed factu eos conuicit: quando erat postea positus in tanta potestate. **E**t non solum ista fecit sapientia ipsi **J**oseph: sed etiam dedit dñi claritatem eternam id est famam claram apud memoiam hominum in sempiternum. **Hec** quo ad litteram. **Hec** iustum vendituz non dereliquit. **N**otandum est qd inter varios peccatores. **A**liqui vendunt patris potestate. **A**liqui filij veritatem. **E**t aliqui spiritus sancti sanctitatem. **P**atris potestatem vendunt aliqui prelati maiores. **F**ilij veritatem vendunt falsi assertores. **S**piritus sancti sanctitatem vendunt fidei simulatores. **P**rimo igitur mali prelati vel simoniaci: vel potius iherice vendunt patris potestatem. **D**ant enim potestatem a vsum dauum ecclesie pro muneribus a temporali mercede. **F**requentes ecclesiam vnicam sponsam xpi vendunt. **Q**ui qtu xpm offedunt facilius patet inuenti. qd rigide: qd acute a qd pntiue istud vicium reprobauit. **I**pse enim in suo aduentu in carne venit iudicari non iudicare: venit peccata tollere: non punire. venit ad ostendendam clementiam: non vindictam a tamen contra peccati simoniam ita feruebat qd qd oblitus innate mansuetudinis non examinas causam non obiurgas: sed statim ad puniendum se dedit. **V**nde **J**ohannis secundo a **M**atth. **vicesimo** opmo dicit qd factu qd flagello de fumiulis

Sermo

p

uentit uendentes a ementes de tem-
 ploz mensas numulariorum sub-
 uertit a es a cathedras uenditium
 columbas euerit qui simoniacos
 figurabant dixit eis. **S**criptum est
Domus mea domus orationis uo-
 cabit; uos autem fecistis illaz spe-
 luneam latronum. **N**ec mirum si sic co-
 tra tales exarsit. **N**am ipsi xpm ex-
 pellunt de suo officio. **C**ristus em se
 fecit ostium ecclesie nolens qd ali-
 quis in ecclesia id est ecclesiastica
 dignitatem intraret nisi per eum
Joh. 10. **E**go sum ostium a qui non
 intrat per ostium in ouile ouium
 sed ascendit aliunde: ille fur est a
 latro. **I**sti igit prelati mali et per-
 uerfi qui ecclesiam cristi vendunt
 expellunt cristum de officio suo faci-
 entes pecunia esse ostium a non cristum.
Sicut fecit **S**imon magus: cui
Petrus dixit. **P**ecunia tua tecum
 sit in perditione: quia existimasti
 donum dei pecunia possidei. **A**ctuum
8. **N**ec est persona aliqua ita pae-
 ni ualoris in mundo quin magna
 sibi iudicaret contumeliam fieri si
 duceretur de foro ad forum a ubiqz
 offerretur uenale: qd totum spola xpi
 imo xpi p spola offendi dicit qd uilissi-
 mis ribaldis ad emendum offertur
Nunc in foro pape nunc in foro re-
 gis vel principis vel alterius domini
 secularis. **T**alis merito fur debet
 uocari a latro sacrilegus. **Q**ue ius-
 titia est uocare illum sacrilegum la-
 tronem qui furatur calicem vel sa-
 crum librum de ecclesia: a non illum
 qui furatur ipsam ecclesiam totam
 a omnia bona eius. **Q**uantum con-
 temptum a dampnum faceret egi-
 qui in cameram suam introducez

serpentes bufones a uermes. **S**ed
 certe isti uenditores in ecclesiam de-
 i callidos a uersutos impletos uene-
 no peccati aduatores. latrones. p-
 dones qui reptilia a uermes magis
 qd homines dici pnt introducit. **E**t sic
 maximu dampnu fieret homini si
 sponsa sua sic per artem magicam
 incantaretur qd loco prolis huma-
 ne produceret talpas. serpentes vel
 asinos cornutos: ita fit in parte ista
 irrecompensabile dampnu eccle-
 sie: per ecclesie uenditores. **Q**ua-
 do enim aliquis auarus qui totus
 interet terre in ecclesia canonisat
 vel presicitur in curatum: possunt
 filij ecclesie dicere. **M**ater nostra
 pro fratre peperit nobis unam tal-
 pam. **Q**uando ponitur unus max-
 imus uirator vel ligator: possunt
 dicere. **M**ater nostra genuit nobis
 serpentem. **E**t quando presicitur u-
 nus episcopus illitteratus vel lay-
 cus possunt dicere merito: quia ec-
 clesia peperit unum asinum cornu-
 tum. **D**icit enim **B**eatus **A**ugusti-
 qd per septuaginta annos babiloni-
 ce captiuitatis duauit sacre ignis
 quem **I**heremias abscederat **R**ui-
 tunc primo extinctus est quando
Anthiochus uendidit sacerdotium
Iasom. 2. **M**achabeorum. **D**e istis
 malis uenditoribus exponi potest
 illud **Johel. 3.** **Q**uerum posuerunt
 in prostibulo a puellaz rediderunt
 pro uino. **Q**uer enim cristus ponit
 tur in prostibulo: quando sacra ec-
 clesia confertur uni lubrico a luxu-
 rioso. **E**t puella id est ecclesia uen-
 ditur pro uino quando bona eccle-
 sie conferuntur uni guloso. **S**ecun-
 do aliqui sunt qd redunt filij ueritate

Dij sunt falsi iuratores quos vocamus omniter assertores. Isti enim nec volunt testimoniū dicere nisi cōducantur mercede cum testis teneatur dicere veritatē et iudex sine murmure discernere veritatem seu equitatem. Legimus de diabolo quod quādo voluit mentiri induit formam serpentis quasi recundatus fuisset in nativā propria mentitus esse: si quicquid de mendacio: de periuo numquam legitur fuisse conuictus: immo opinio est quod quando adiuratur in nomine trinitatis dicere verum seu veritatem: ipse non mentitur. Isti igitur falsi iuratores peiores sūt dyabolo: qui quātumcumque adiurentur possunt per munera contra veritatem adduci. Amos secundo **Vē** didit pro argento iustum: et pauperem pro calciamētis. Tercio videntur spiritus sanctitate: fidei simulatores qui opem de genere bonorum faciunt pro laude humana de quibus dicit saluator. Amen dico vobis recipiunt mercedem suam. Istis venditoribus: sermonibus blādiciosis sub specie Jacob arroganter loquitur suplātor dyabolus illud quod habet de Jacob et fratre suo Gene. c. 27. **Vende** michi primo genita tua. Et ille ei modicum retribuit flatu: venti in commendatione miseri hominis. **Leatio** centesima tricesimatercia.

